

ius genera faciunt, prasoidem, atque chrysopteron, similem chrysopraso. Videtur autem eadem & Chrysolambris Plinij: quæ pallidi coloris die est, noctu ignei: qua ratione forsan Epiphanius aliquis defenderit, quasi ad nocturnum eius colorem respexerit.

Pas, פָּס, Hebrais aurum bonum & purum sonat: etsi quidam gemmas interpretatur, Psalmis 19. & 21. pro quo Cantici Salomonis quinto Mupas, מַפְזֵץ, scribitur, vt citat Munsterus in Hebraic Latino Lexico: at Biblia ab ipso edita, eo in loco simpliciter pas, non mupas habent. inuenio & Vpas, וְרָבָץ, in Lexico trilingui Munsteri, ne scio quam recte: à quolibet autē horum Topazij nomen deduci potuit, quod aurum optimum suo colore ac splendore æmulatur. Author est Plinius circa Thebaidis Alabastrum nasci Topazium: vnde subit, corruptū esse Epiphanij hunc locum de Topazio, Τόπαζον ἐξ αυτοῦ ἀλάτης παρόμιον, &c.